

*tum ejus concessit, et hoc amplius vicinos aureos annuos: quæsum
t, an hos centum aureos heredes viri ab uxore, vel [ab] heredibus ejus
petant? Respondit, si donationis causa creditoris solvisset, teneri he-
des ex causa fideicommissi, si repetant: atque etiam petentes excep-
tione summoveri: quod presumptum esse debet, nisi contrarium ab he-
de approbetur.*

^{4.} *Idem*, [lib. 16 Digestorum.]

N
ficios
facer
judic
Cu
gaver
conjus
profes
que
redit
accep
de le
nere
comm
testa
comm
ginta
volu
bus
essel
muta
causa
frust
— §
Mav
fidei
redi
meu
part
Pub
ad q
comi
lagy
tas t
Sem

Nomen debitoris in hæc verba legavit, *Titio hoc amplius dari volo*
decim aureos, quos mihi heredes Gaii Seii debent, adversus quos ei ac-
nonem mandari volo, eique eorundem pignora tradi: quæro, utrum he-
des tantum decem dare debeant, an [in] omne debitum; hoc est in usuras
beant mandare? Respondit, videri universam ejus nominis obligatio-
nem legatam. Item quæro, cum ignorantे matrefamilias, actores in pro-
vincia adjectis sorti usuris, decem stipulati sint, an ex causa fideicom-
missi suprascripti etiam incrementum hujus debiti ad Titum pertineat?
Respondit, pertinere. — § 1. Filio ex parte herede scripto, præceptio-
nem dedit inter cætera, his verbis: *Titio filio meo nomina ex kalenda-*
o, quæ elegerit filius meus sibi, viginti dare damnas sunt sine dolo
alio: eidem filio vivus omnium rerum suarum administrationem permi-
tit: qui post testamentum factum, ante mortem patris annos decem, qui-
us procurabat patri, contra veterem consuetudinem patris, qua kalen-
darium exercebatur, novos debitores ampliarum pecuniarum fecit, et in
alios, quos pater exiguarum fortunarum habebat, majus creditum con-
stituit, ad hoc, ut viginti nominibus prope omnis substantia kalendarii
asset: quesitus est, an huic filio eorum nominum, quæ ipse fecit, præ-
ceptio permittenda est? Respondit, ex his electionem habere, quæ tes-
tamenti⁷⁶ tempore testator in kalendario habuit. — § 2. Uni ex heredi-
bus per præceptionem reliquit ea, quæ ex patrimonio viri sui Aretonis
supererant: ejusque fidei commisit, hæc eadem restituere pronepti,
qui erit annis sedecim, in quibus hæc verba adjecti: *Item rogo, uti re-*
quum æs alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus credito-
bus ex redditibus eorum bonorum solvas, reddas, satisque facias:
quesitus est [an], si probaverit heres, non sufficere redditum bonorum ad
titus debiti exsolutionem, nihilominus tamen ipse debet agnoscere onus
terris alieni? Respondit, manifeste proponi, ex redditibus bonorum eorum
assum æs alienum exsolvere, non⁷⁷ de proprio. — § 3. Pater filio et
alia hereditibus institutis, cum singulis certa prædia et kalendaria præle-
asset, ita cavit, *A te autem, fili carissime, [peto], quæcumque legavi,*
restari volo. Et si quid evenerit æris alieni, si quod in tempus pro-
lilio acceperam, et debuero, a te solvi volo: ut quod sorori tue re-
qui, integrum ad eam pertineat: quesitus est, an quod ex quacun-
que causa debuit pater, a filio sit præstandum? Respondit, posse filiam
fideicommissio consequi, ut levaretur, quo magis integrum, quod tes-
tor dedisset, ad eam pervenisset.

^{55.} *Idem*, [lib. 47 Digestorum.]

Patronus liberto statim *tribum* *emi* petierat : libertus diu moram ab
erede patroni passus est, et decedens heredem reliquit clarissimum vi-
am : quæsitum est, an tribus aestimatio heredi ejus debeatur? Respon-
dit, deberi. Idem quæsiti, an et commoda, et principales liberalitates,
quas libertus ex eadem tribu usque in diem mortis sua consecuturus
asset, si ei ea tribus secundum voluntatem patroni sui tunc compa-
tata esset : an vero usura¹⁸ aestimationis heredi ejus debeantur? Res-
pondi, quidquid ipse consecuturus esset, id ad heredem suum trans-
ittere. — § 1. Sempronio ita legavit : *Sempronius summo praedia ea*
nnia, quæ sunt usque ad prædium, quod vocatur Gaas, finibus Gati-
tiae, sub cura villici Primi, ita ut hæc omnia instructa sunt : qua-
tum est, cum in eodem confinio prediorum unum sit prædium non
alatiae, sed Cappadociae finibus, sub cura tamen ejusdem villici : an
iam id prædium cum ceteris ad Sempronium pertinere? Respondit,
hoc deberi. — § 2. Libertis, quos nominaverat, ita legavit : *Fundum*
trebatianum, qui est in regione Atellata : item fundum Satrianum,
ii est in regione Niphana, cum taberna dari volo : quæsitum est, cum
ter fundos, quos supra legavit, sit quidem fundus vocabulo Satrianus,
regione tamen Niphana non sit : an ex causa fideicommissi libertis
debeat? Respondit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana, et de
sensisse testatorem certum sit, qui alibi esset : non [idcirco] minus
deberi, quia in regione designanda lapsus¹⁹ esset. — § 3. Codicilis con-
matis ita cavit : *Tiburibus municipibus meis, amantissimisque. Sci-*
bolineum Julianum, junctum domui meæ, ita ut publice sumptu-
rum meorum et diligentia decem mensibus totius anni prebeatur.

76. *Immo vide L. ult. infr. de optione: L. 14, § 2, infr. de alimento.* — 77. L. 114, § 2 in *Gu. supr. de fegat. 1; L. 4, § 17, in fin. infr. ad SC. Trebell.* — 78. L. 84, supr. de le-
§ 2 — 79. L. 35, in pr. infr. de condit. et demonstr. — 80. L. 15, supr. de incelle. testam-

et ea contentus⁸⁴ erit, alteram autem partem apud maritum ejus remanere concedat: quæsitum est, postea in matrimonio muliere defuncta, an maritus, si de tota dote conveniatur a filio, doli mali exceptione se tueri possit, et an ultro ex causa fideicommissi actio ei competit, ut de parte obligationis accepto ei feratur? Respondit, et exceptionem utilem fore, et ultro ex fideicommisso peti posse. Idem quærit, an de reliqua dimidia parte mandati actio utilis sit heredibus mulieris adversus filium ejus? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, maxime post literas ad filium scriptas, non fore utilem. Claudius: Quoniam in his expressit, ut contentus esset pars dimidiae doxis: quibus verbis satis fideicommissum filio relinquì placuit. — § 5. Codicillis ita scripsit: Βούλουμε πάντα τὰ ὑποτετραγύμνα κυρία εἴναι. Μαζί μοι τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια πεντακισχίλια, ἀπό ταῦθα πάρα παταγίνη, πάρα τοῦ βείου ἀντοῦ Ιουλίου Μαζίμου, ἵνα ἀπώλησθε τὸ πάρα πάρα παταγίνη, ἀγνοήστω σὺν τόχῳ τρίς μύρια, ἀπόδειναι ἀντῷ βούλουμε, οὐτῷ γάρ τῷ βείῳ ἀντῷ ὅμοσσα. Id est, volo omnia quæ infra ordinata sunt, firma esse: Maximo domino meo denaria quinque mille, quæ accepi in depositum a patruo ejus Julio Maximo, ut ei vivo facto vel adulio reddam cum usuris quæ sunt triginta millia, ei dari volo: ita enim patruo suo juravi. Quæsitum est, an ad depositam pecuniam petendam sufficient verba codicillorum, cum hanc solam nec aliam ullam probationem habeant? Respondi, ex his quæ proponebuntur, scilicet cum⁸⁵ jusjurandum dedisse super hoc testator affirmavit, credenda est scriptura. — § 6. Titia, honestissima femina, cum negotiis suis opera Callimachi semper uteretur, qui ex testamento capere non poterat, testamento facto manu sua ita cavit, Τίτια διεθέμη, καὶ βούλουμε δεθέντας Καλλιμάχῳ μισθον γάρ την δηνάρια μύρια, id est, Titia testamentum condidi, et volo dentur Callimacho mercedis gratia⁸⁶ denarium decem millia. Quæro, an haec pecunia, ex cause mercedis, ab heredibus Titiae exigi possit? Respondi, non idcirco, quod scriptum est, exigi posse in fraudem legis relictum⁸⁷. — § 7. Ex his verbis testamenti, omnibus quos quasve manumisi, manumiseram, sive his tabulis, sive quibuscumque aliis, filios filiasque suos omnes concedi volo: quæsitum est, an his, quos vivus manumisisset, debeantur filii? Respondit, his quoque, quos quasve ante testamentum factum manumisisset, filios filiasque ex causa fideicommissi præstari oportere.

38. [Idem, lib. 19 Digestorum.]

Pater filium heredem prædia alienare, seu pignori ponere prohibuerat, sed conservari liberis ex justis nuptiis, et ceteris cognatis, fideicommisserat: filius prædia, quæ pater obligata reliquerat, dimisso hereditario creditore, nummis novi creditoris, a priore in sequentem creditorem pignoris hypothecave nomine transtulit. Quæsitum est, an pignus recte contractum esset? Respondit, secundum ea que proponerentur, recte contractum: Idem quæsiti, cum filius prædia hereditaria, ut dimitteret hereditarios creditores, distraxisset: an emptores, qui fideicommissum ignoraverunt, bene emerint? Respondi, secundum ea que proponerentur, recte contractum, si non erat aliud in hereditate, unde debitum exsolvisset. — § 1. Duobus libertis Sticho et Erote hereditibus institutis ita cavit, fundum Cornelianum de nomine meorum exire voto: unus ex hereditibus, Stichus ancillam Arescasum testamento libram esse jussit, eique partem suam fundi legavit: quæro, an Eros, et ceteri conliberti Stichi; ex causa fideicommissi, ejus fundi partem ab herede Stichi petere possint? Respondit, non contineri. — § 2. Filiam suam heredem scripserat, et ita caverat: Vero autem adfiscum de nomine meo exire: sed ad vernas meos quos hoc testamento nominavi pertinere volo. Quæsitum est, defuncta herede, et legatarii vernis, an ad unum libertum, qui remansit, totum fideicommissum pertineret? Respondit, ad eum, qui ex vernis supererset, secundum ea, quæ proponerentur, virilem partem pertinere. — § 3. Fundum a filio, quod vixerit, vetuit venundandi donari pignorari: et hæc verba adiicitur.

quod si adversus voluntatem meam facere voluerit, fundum Tūtanum ad⁸⁸ fiscum pertinere: ita enim fiet, ut fundus Tūtanus de nomine vestro nunquam exeat. Quasitum est, cum vivus filius eum fundum secundum voluntatem patris retinuerit: an, defuncto eo, non ad heredes scriptos a filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat? Respondit, hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filium, quoad viveret, alienare vel pignerare non posse: testamenti autem factionem et in eo fundo in extraneos etiam heredes habiturum. — § 4. Julius Agrippa primipilaris testamento suo cavit, ne ullo modo reliquias ejus et prædium suburbanum aut domum majorem heres ejus pigneraret, aut ullo modo alienaret: filia ejus heres scripta heredem reliquit filiam suam neptem primipilaris, quæ easdem res diu possedit, et decedens extra-

⁸⁴ L. 11, § 4, supr. h. t.—⁸⁵ N. 48, c. 1.—⁸⁶ Far. L. 27, supr. de probat.—⁸⁷ Fac. N. 119 c. 5.—⁸⁸ L. 1, C. debitor, vendit pignoris.—⁸⁹ Add. L. 67; in fin. supr. de legat.

neos instituit heredes. Quæsitum est, an ea prædia extraneus heres habet: an vero ad Julianum dominam, quæ habuit patrum majorem Julianum Agrippam, pertinenter? Respondi, cum hoc nudum præceptum est: nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quo minus ad heredes pertinerent. — § 5. Quindecim libertis, quos nominaverat, prædiolum cum taberna legaverat, et adjecerat hæc verba: *sibique eos habere possidere volo ea lege et conditione, ne quis eorum partem suam vendere, donare, aliudve quid facere alii velit.* Quod si adversus ea quid factum erit, tunc eas portiones prædiuum cum taberna ad rem publicam Tusculanorum pertinere volo. Quidam ex his libertis vendiderunt partes suas duobus conlibertis suis ex eodem corpore: empores autem defuncti Gaium Seium extraneum heredem reliquerunt: quæsitum est, partes, quæ venierunt, utrum ad Gaium Seium, an ad superstites libertos suos, qui partes suas non vendiderunt, pertinenter? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ad Gaium Seium pertinere. Idem quæsitus, an partes venditas ad rem publicam Tusculanorum pertinenter? Respondi, non pertinere. Claudius: Quia non possidentis persona, qui nunc extraneus est, respicienda est: sed emptorum, qui secundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt, quibus permiseraut testatrix venundari: nec conditio existit dati fideicommissi Tusculanis. — § 6. Fidei commisit ejus, cui duo millia legavit, in haec verba: *A te, Petroni, peto uti ea duo [millia] solidorum reddas collegio cujusdam templi:* quæsitum est, cum id collegium postea dissolutum sit, utrum legatum ad Petronium pertineat: an vero apud heredem remanere debeat? Respondit, Petronium jure petere. utique si per eum non stetit, parere defuncti voluntati. — § 7. Mater filios heredes scripsit, et adjecit: *Prædia, quæ ad eos ex bonis meis pervenitura sunt, nulla ex causa abalienent, sed conservent successioni suæ, deque ea re invicem sibi caverent.* Ex his verbis quæsitum est, an prædia per fideicommissum relicta videantur? Respondit, nihil de fideicommisso proponi. — § 8. Ex parte dimidia heredi instituto, per præceptionem fundum legavit, et ab eo ita petit: *Peto, uti velis coheredem tibi recipere in fundo Juliano meo, quem hoc amplius te præcipere jussi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum.* Quæsitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur? Respondit, deberi.

59. *Idem*. lib. 20 Digestorum

Pamphilo liberio hoc amplius, quam codicillis reliqui, dari volo
centum: scio⁸⁹ omnia quæ tibi, Pamphile, relinquo, ad filios meos
perventura: cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam.
Quæro, an verbis suprascriptis Pamphili fidei commisit, ut post mortem
filii defuncti centum restituat? Respondit, secundum ea quæ proponen-
tentur, non videri quidem, quantum ad verba testatoris pertinet, fidei-
commisum Pamphili, ut centum restitueret, sed cum sententiam de-
functi a liberio decipi satis inhumanum est, centum ei relictos, filiis
testatoris deberi restitu: quia in simili specie et imperator noster di-
vus Marcus hoc constituit. — § 1. Propositum est, non habentem li-
beros nec cognatos, in discrimine⁹⁰ vite constitutum per infirmitatem,
arcessitis amicis Gaio Seio contubernali dixisse: quod vellet ei relin-
quere prædia, quæ nominasset: eaque dicta in testationem Gaium
Seium redigisse, etiam ipso testatore interrogato, an ea dixisset, et
responso ejus tali μάλιστα, id est, maxime, inserto. Quæsumus est, an
prædia, quæ destinata essent, ex causa fideicommissi ad Gaium Seium
pertinerent? Respondit, super hoc nec dubitandum esse, quin fideicom-
missum valet. — § 2. Duas filias aequis ex partibus heredes fecerat;
alteri fundum prælegaverat, et ab ea petierat, ut sorori sue viginti
daret: ab eadem filia petit, ut partem dimidiā fundi eidem sorori
restitueret. Quæsumus est, an viginti præstari [non] deberent? Respondi,
non⁹¹ esse præstanta.

40. *Idem*, lib. 24 Digestorum.

Post emancipationem patris suscepta, a patruo ut legitimo herede pertierat, *ut partem hereditatis avunculo suo daret, et agros duos*: ad utrumque autem ut proximum cognatum successio ejus pertinuit per bonorum possessionem: quæsitum est, cum in parte hereditatis fideicommissum non constiterit, quam suo jure per bonorum possessionem avunculus habiturus est; an nihilominus in partem agrorum consistat, ut Titius partes agrorum duas, id est, unam, quam suo jure per bonorum possessionem habeat, alteram vero partem ex causa fideicommissi petere debeat? Respondit, posse petere. Idem quæsitus, si ab eodem patruo fideicommissum aliis quoque dederit: utrum in solidum, an vero pro parte ab eo præstanda sint? Respondit, in solidum⁹² præstari. — § 1. Seiam

^{2.} — 90. L. 5, C. ad SC. Trebell. — 91. Fac. L. 55, infr. de admin. vel. transferend legat. — 92. Immo vide L. 19, in fin. supr. de jure codicill; L. 77, 2²⁹, supr. de legat. 2.

ex dodrante, Mævium ex quadrante instituit heredes: fidei Seia commisit, in hæc verba: *A te peto, tuæque fidei commiso, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restitus filio tuo retentis tibi hortis meis.* Quæsum est, cum generali capite fideicommisset, quisquis heres esset de omnibus ut præstaret, quod cuique legasset, [præstari fieri jussisset]: an cum dodrante hereditatis restituerit, hortos in assem vindicare Seia debet? Respondit, etiam coheredit fidei commissum videri, ut quadrantem, quem in his hortis haberet Seia, redderet.

41. *Idem*, lib. 22 Digestorum.

Uxorem et filium communem heredes instituit, et uxoris fidei commisit in hæc verba: *Peto a te, domina uxor, ne ex fundo Titiano pariem tibi vindices, cum scias me universam emptionem ejus fundi fecisse: sed beneficio affectionis et pietatis, quam tibi debui, eandem emptionem, cum nummis meis comparasse, tecum communicasse.* Quæsum est, an eum fundum in solidum filii esse voluerit? Respondit, eum: de quo quereretur, perinde rationem in fundo haberi voluisse, ac si universus hereditarius esset: ut pro dimidia parte et uxori et filius agrum ut hereditarium habeant. — § 1. In testamento ita scriptum fuit: *Dorum meam cum horto applicio libertis meis concedi volo; et alio capite: Fortunio libero meo ex domu mea, quam libertis dedi, dietam in qua habitabam, item cellarium junctum eidem dñe, ab herede meo concedi volo.* Quæsum est, an heres testatoris oratus videatur in praestando legato Fortunio, quamvis dominus universa libertis sit prælegata? Respondit, non esse oneratum. — § 2. Codicillis confirmatis ita cavit: *Omnibus autem libertis meis, et quos viris, et quos his codicillis manumisi, vel postea manumisero: contuberniales suas, item filios, filias lego, nisi si quasque ad uxorem meam testamento pertinere volui, vel ei nominauim legavi, legavero.* Idem postea petit: [ab heredibus suis] ut regionem Umbriæ, [Tuscie], Piceno coheredes uxori suis restituere cum omnibus que ibi erunt, et mancipiis rusticis vel urbanis, et actioribus exceptis manu missis. Quæsum est, cum Eros et Stichus servi in diem vita testatoris, in Umbria, in Picino actu administraverint, sint autem Dama, quem testator vivus manumiserat, filii naturales: utrum eidem Dama ex verbis codicilli ab heredibus prestandi sint; an vero ad Seiam uxorem ex verbis epistole pertineant? Respondit, ex codicillis ad patrem eos naturalem pietatis intuitu pertinere. — § 3. Felicissimo et Felicissima, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legavit cum casa et alio capite, Tito filio, quem ex parte quarta heredem scripsit, prælegaverat in hæc verba, *Titi fili, hoc amplius de medio sumio legata mea, que mihi tam pater tuus Presens, quam Cælius Justus frater patris reliquerunt.* Quæsum est, agnata ex his an defuncti filii heredibus restituenda sint post mortem legataria, an remaneant ad heredes ejus? Respondit, [ea], que postea agnata essent, verbis fideicommissi non continet. — § 4. Pater naturalis filiae sue, ex testamento mariti ejus, fideicommissi debitor, cum ea mulier alii nuberet, non mandatu mulieris dotem mariti ejus dedit, et sibi reddi eam stipulatus est, si sine liberis filia moreretur: mulier filiam suscepit: quæsum est, an fideicommissum a patre exigere possit? Respondit, si nec ratam habuisset dotem datum, superesse fideicommissi petitionem. Idem quæsiit, an, si pater accepto facere stipulationem velit, mulieri persecutio fideicommissorum deneganda sit? Respondit supra responsum: eumque patrem, de quo quereretur, si ita dedisset, ut mulier ratum haberet, posse condicere. — § 12. Seum maritum scripsit heredem, ei que substituit Appiam alumnam, fideique heredis commisit, ut post mortem suam hereditatem eidem alumna restitueret: aut, si quid ante contigisset alumna, tunc Valeriano fratri filio restitueret eandem hereditatem. Quæsum est, si Seius virus, quidquid ad eum ex hereditate pervenisset, alumna restituisse, an secundum voluntatem defunctæ id fecisse videtur: præsertim cum hæc eidem substituta esset? Respondit, si vivo¹⁰⁰ Seio Appia decessisset, non esse liberatum a fideicommissu Valeriano relicto. — § 13. Scevola respondit: Cum heres scriptus rogatus esset, cum¹ volet, alii restituere hereditatem; interim non est compellendus ad fideicommissum. Claudio: Post mortem [enim] utique creditur datum. — § 14. Heredis scripti fidei commisat, ut Seia uxori universam restitueret hereditatem: et uxoris fidei commisit in hæc verba: *A te, Seia, peto, ut quidquid ad te ex hereditate mea pervenerit, exceptis his, [sic] que tibi supra legavi, reliquum omne reddas restitutas Mævia in sancti dulcissimæ: a qua, Seia, satis exigui: cum sciam, eam potius rem aucturam, quam debrimento futuram.* Quæsum est, an statim Mævia fideicommissum a Seia petere possit? Respondit, nihil proponi cur non possit².

42. *Idem*, lib. 33 Digestorum.

Titius heredes instituit, Seiam uxorem ex parte duodecima, Mæviam ex reliquis partibus: et de monumento, quod sibi extrui volebat, ita cavit: *Corpus meum uxori meæ volo tradi sepelendum in fundo illo, ei monumentum extrui usque ad quadringenos aureos.* Quæsum est, legavit: et adiecti ita: *Fidei tuæ, filia, commiso, ut cum in familia*

^{93.} L. 102, inf. d. condit. et demonstr. — ^{94.} L. 69, in fin. inf. h. t. L. 80, inf. de reg. jur. — ^{95.} L. 11, supr. de condit. insit. — ^{96.} Inno. vnde L. 64, supr. de contrah. — ^{97.} L. 81, § 1, supr. de legal. i. — ^{98.} L. 14, § 1, vers. Paulus resq. edidit inf.

pariem dimidiā stipulari frauen tuum et Seiam matrem tuam pro paribus dimidiis dari sibi, si in matrimonio ejus cui nubes, sive divortio facto, priusquam dos tua reddatur, eōe nomine satisfactum erit, morieris, nullo filio filiae ex eo relicto: pater virginem filiam nuptum collocavit, ejusque nomine dotem dedit: et post divortium eandem recepit, et alii in matrimonium cum dote dedit, et stipulatus est, eam [dotem] sibi aut filia sue reddi: manente filia in matrimonio secundo, mortuus est eodem testamento relicto; eique heredes extiterunt filius et uxor; postea marito defuncto, puella, dote recepta nupsit alii, præsentibus et consentientibus fratre et matre, quæ etiam dotem ejus auxit, et neuter eorum stipulati sunt dotem: mox matri filius et filia heredes extiterunt: deinde in matrimonio filia deceperit, marito herede relicto. Quæsum est, cum puella non ex causa legit pecuniaria in dotem ab heredibus patris accepérat, sed mortuo secundo marito materfamilias facta dotem recipaverat: an heres ejus ex causa fideicommissi fratri defuncte tenetur in eam pecuniaria, quam percipere posset, si dotem stipulatus esset? Respondit, secundum ea qua proponerentur, non teneri. — § 8. [Eius] heres vel legatus rogatus est, ut quandam⁹⁵ adoptet, his verbis adjectis, si alias fecerit, exheres esto: vel, perdat legatum. Quæsum est, si non adoptaverit, an ei, qui adoptatus non est, actio quadam ex fideicommisso competit? Respondit, fideicommissum, quo quis rogatur, ut adoptet, ratum non esse. — § 9. *Agri plagam, qua est in regione illa, Mæviis Publio et Gao transcribi volo, pretio facto viri boni arbitraru, et hereditati illato, duplæ evictione ex promissa a reliquo heredibus: ita ut sub pena centum promittant, eam agri plagam par tem eam ad Seiam posterove ejus non perverturnam aqua ratione volui, vel ei nominauim legavi, legavero.* Idem postea petit: [ab heredibus suis] ut regionem Umbriæ, [Tuscie], Piceno coheredes uxori suis restituere cum omnibus que ibi erunt, et mancipiis rusticis vel urbanis, et actioribus exceptis manu missis. Quæsum est, cum Eros et Stichus servi in diem vita testatoris, in Umbria, in Picino actu administraverint, sint autem Dama, quem testator vivus manumiserat, filii naturales: utrum eidem Dama ex verbis codicilli ab heredibus prestandi sint; an vero ad Seiam uxorem ex verbis epistole pertineant? Respondit, ex codicillis ad patrem eos naturalem pietatis intuitu pertinere. — § 3. Felicissimo et Felicissima, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legavit cum casa et alio capite, Tito filio, quem ex parte quarta heredem scripsit, prælegaverat in hæc verba, *Titi fili, hoc amplius de medio sumio legata mea, que mihi tam pater tuus Presens, quam Cælius Justus frater patris reliquerunt.* Quæsum est, agnata ex his an defuncti filii heredibus restituenda sint post mortem legataria, an remaneant ad heredes ejus? Respondit, [ea], que postea agnata essent, verbis fideicommissi non continet. — § 4. Pater naturalis filiae sue, ex testamento mariti ejus, fideicommissi debitor, cum ea mulier alii nuberet, non mandatu mulieris dotem mariti ejus dedit, et sibi reddi eam stipulatus est, si sine liberis filia moreretur: mulier filiam suscepit: quæsum est, an fideicommissum a patre exigere possit? Respondit, si nec ratam habuisset dotem datum, superesse fideicommissi petitionem. Idem quæsiit, an, si pater accepto facere stipulationem velit, mulieri persecutio fideicommissorum deneganda sit? Respondit supra responsum: eumque patrem, de quo quereretur, si ita dedisset, ut mulier ratum haberet, posse condicere. — § 12. Seum maritum scripsit heredem, ei que substituit Appiam alumnam, fideique heredis commisit, ut post mortem suam hereditatem eidem alumna restitueret: aut, si quid ante contigisset alumna, tunc Valeriano fratri filio restitueret eandem hereditatem. Quæsum est, si Seius virus, quidquid ad eum ex hereditate pervenisset, alumna restituisse, an secundum voluntatem defunctæ id fecisse videtur: præsertim cum hæc eidem substituta esset? Respondit, si vivo¹⁰⁰ Seio Appia decessisset, non esse liberatum a fideicommissu Valeriano relicto. — § 13. Scevola respondit: Cum heres scriptus rogatus esset, cum¹ volet, alii restituere hereditatem; interim non est compellendus ad fideicommissum. Claudio: Post mortem [enim] utique creditur datum. — § 14. Heredis scripti fidei commisat, ut Seia uxori universam restitueret hereditatem: et uxoris fidei commisit in hæc verba: *A te, Seia, peto, ut quidquid ad te ex hereditate mea pervenerit, exceptis his, [sic] que tibi supra legavi, reliquum omne reddas restitutas Mævia in sancti dulcissimæ: a qua, Seia, satis exigui: cum sciam, eam potius rem aucturam, quam debrimento futuram.* Quæsum est, an statim Mævia fideicommissum a Seia petere possit? Respondit, nihil proponi cur non possit².

nis mariti ad uxorem perveniant, an hæc scriptura ab ea sola monum tum sibi testator extrui voluerit? Respondi, ab utraque herede monum tum pro hereditariis portionibus instruendum.

43. *Celsus*, [lib. 18 Digestorum].

Si filia pater dotem arbitratu tutorum dari jussisset, Tubero perinde hoc habendum ait, ac si viri boni arbitratu legatum sit. Labeo querit, quemadmodum appetat, quantum dotem cuiusque filia boni viri arbitratu constitui oportet? ait, id non esse difficile ex dignitate³, ex facultatibus, ex numero liberorum testamentum facientes estimare.

44. *Pomponius*, [lib. 2, ad Sabinum].

Si fundus legatus sit cum his que ibi erunt: que ad tempus⁴ ibi sunt, non videntur legata: et ideo pecunia que fenerandi causa ibi fuerunt, non sunt legatae.

45. *Ulpianus*, [lib. 22, ad Sabinum].

Hoc legatum, *uxoris causa⁵ parata*, generale est, et continet tam vestem, quam argutum, aurum, ornamenta, ceteraque que uxoris gratia parantur. Sed que videantur *uxoris causa parati*? Sabinus libris ad Vitellium ita scripti: Quod in usu frequentissime versatur, ut in legatis uxoris adjiciatur, *quod ejus causa parata sint*, hanc interpretationem obtinuit, quod magis uxoris [causal], quam communis⁶ promiscuus usus causa paratum foret; neque interesse visum est, ante⁷ dictam uxorem id paterfamilias paravisset, an postea: an etiam ex his rebus, quibus ipse uti soleret, uxori aliquid adsignavisset; dum id mulieris usibus proprie adtributum esset.

46. *Paulus*, [lib. 2, ad Vitellium].

Ea tamen adjectio legatum alias exiguis, alias plenis efficiat: augur, cum sic⁸ scriptum est, *queque ejus causa parata sunt*: id enim significat, et si quid præster ea, que dicta sunt, ejus causa paratum est: minuitur, detracta conjunctione: quia ex omnibus supra comprehensio ea sola definitur, que ejus causa parata sunt.

47. *Ulpianus*, [lib. 22, ad Sabinum].

Si quid earum rerum antea⁹ comparavit, quam uxorem duxit, si id ei, ut uteretur, tradidit: perinde est, quasi postea paravisset: ex eo autem legato ea pertinent ad uxorem, que ejus causa empta, comparata, queque retenta sunt: in quibus etiam que prioris uxoris, queque filiae, nepis, vel nurus fuerunt, continentur. — § 1. Inter emptum¹⁰ et paratum quid interest, queritur? Et responsum est, in emplo paratum inesse¹¹, in parato non continuo emptum contineri; veluti si quis, que prioris uxoris causa emisset, posteriori uxori tradidisset, eas res eum posterioris uxoris causa paravisse, non emisse constat; ideoque quamvis maritus posterioris uxoris causa nihil emerit, tamen tradendo, que prior habuerit, ejus causa parata sunt: et si ei adsignata non sunt, legato cedunt; at que prioris uxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur, si ei adsignata sunt: quia non est ita de posteriore uxore cogitatum, cum comparentur.

48. *Paulus*, [lib. 4, ad Sabinum].

Nam ne id quidem, quod traditum est, si postea ademptum sit, legato cedet.

49. *Ulpianus*, [lib. 22, ad Sabinum].

Item legato continentur mancipia, puta lecticarii, qui solam matremfamilias portabant: item jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones: item mancipia alia, puelle fortassis, quas sili comatas mulieres exornant. — § 4. Sed et si forte virilia ei quedam donaverit, quodammodo ejus causa parata videbuntur. — § 2. Proinde et si quedam promiscui usus sunt, solitus tamen fuerit ei ea quas usum mutari, dicendum erit, ipsius causa videri parata. — § 3. Item interest, *ipsius causa parata*¹² sint ei legata, an *ipsius causa empta*: paratus enim omnia continentur, quae ipsius usibus fuerunt destinata: *empta* vero ea sola, que propter eam empta fecit maritus; unde non¹³ continebuntur emptis solis legatis, que alia ratione paterfamilias adquisita ei destinavit: utroque autem legato, continebuntur et quae maritus emi mandaverit, vel quae emerit, nequid autem ei adsignaverit, adsignatur si vixisset. — § 4. Parvi autem resert, uxori, an concubinae quis leget, que *ejus causa empta parata* sunt: sane enim, nisi dignitas, nihil interest. — § 5. Si uxori aurum quod ejus causa paratum est, legatum sit, et postea sit conflatum¹⁴, materia lamen maneat: ea ei debetur. — § 6. Sed ut legatum valeat, mortis tempore uxorem esse debere, Proculus scripsit: et verum est:

^{13.} L. 60, l. 69, § 4, supr. de jure dot. — ^{14.} L. 67, L. 78, in fin. inf. h. t. — ^{15.} L. 10, inf. d. t. — ^{16.} L. 47, inf. eod.; sed quod Quintus. — ^{17.} L. 45, in fin. supr. h. t. — ^{18.} L. 49, § 3, inf. eod. — ^{19.} L. 10, vers. L. 49, § 3. — ^{20.} L. 47, § 1, supr. eod. — ^{21.} Inno. vnde d. t. — ^{22.} L. 46, § 2.

separatio¹⁶ enim dissolvit legatum. — § 7. Hoc legatum et filio et filiae relinqui potest, *Quæ ejus gratia parata sunt*: et servo servaque et continebuntur, que ipsi sunt adtributa, vel destinata.

50. *Idem*, lib. 23, ad Sabinum.

Cum filiofamilias ita legatur, *Cum in tutelam suam¹⁷ perveniret*: pubertatis tempus significatur. Et sane si impuberi filiofamilias legatum sit, plerumque sentendum est, quod Sabinus ait, ut non et paterfamilias fiat, sed ut pubes. Ceterum si mater, que suspectam habuit mariti, a quo divisorat, vitam, filio suo, quamvis impuberi leget, non videtur sensisse de eo tempore, quo pubes est: sed de eo quo et pubes et paterfamilias est: nam et si pubes fuit, multo magis dicimus, de patresfamilias iam sensisse: ac si dixisset, *in suam tutelam, et in suam potestatem*. — § 8. Quod si quis patrifamilias impuberi leget, cum sua tutela sit: de pubertate sensit: interdum et de vigintiquinque annis, si mens testans apparat. Nam si jam puberi, minori tamen vigintiquinque annis legavit, procudubio anni vigintiquinque erunt praestituti. — § 2. Item, si furioso, vel prodigo, vel ei, cui prætor ex causa curatore dedit, ita affectis, si alias fecerit, exheres esto: vel, perdat legatum. — § 3. Ex his et hujusmodi appetat, voluntatis questionem Sabinum interpretatum. Et utique non dubitaret, si-puberi, et multo magis majori vigintiquinque annis ita sit legatum, de sua potestate testatorum sensisse. — § 4. Sic autem hæc scriptura varia est, et voluntatis habet questionem: ut illa quoque, si quis ita scriperit, *Cum sui juris fuerit factus*: nam altera alias accipiat; et plerumque potestatis liberationem continet, plerumque pubertatem, vel vicesimumquinto annum. — § 5. Ego quidem, et si quis jam puberi, minori tamen vigintiquinque annis, sic legaverit, *Cum ad pubertatem perveniret*, puto, de aetate eum sensisse, sic caret in integrum restitutione. — § 6. Idem et si [quis], *Cum sue aetatis fuerit factus*, vel, *legitimæ aetatis*, utrum de pubertate, an de vigintiquinque annis sensum [sit], disputari de voluntate potest: non minus quam si ita adscriperit, *Cum justæ aetatis [sit] factus*, vel, *Cum naturæ aetatis*, vel, *Cum adolescenti*.

51. *Paulus*, [lib. 4, ad Sabinum].

Si filiofamilias ita legatum sit, *Cum in tutelam suam perveniret*: tunc debetur, cum viri potest facta fuerit.

52. *Ulpianus*, [lib. 24, ad Sabinum].

Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quibus alia materia: sed et si in philyra, aut [in] tilia (ut nonnulli conficiunt), aut in que alio corio, idem erit dicendum. Quod si in codicibus sint membranæ, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiae, vel in ceratis codicillis: an debeantur, videtur, si Gaius Cassius scribit, deberi et membranæ, libris legatis: consequenter igit chartæ quoque debeantur, si non adversatur voluntas testatoris. — § 4. Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei debantur: non centum, quia ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent; ut puta cum haberet Homerum totum in uno volume, non quadraginta octo libros computamus, sed unum Homeri volumen pro libro accipiendo est. — § 2. Si Homeris corpus sit legatum, et non sit plenum: quantuplicemque partes hodie inveniantur, debentur. — § 5. Libris autem legatis, biblioth